



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

De cruce multiplici. Capvt XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

**Q**uodam tempore ad oppidum quo  
dam venit. Porrò non longè inde abe-  
lignea quædam imago Crucifixi, con-  
structa erat ædricula, ita ut plerisque locis elici-  
suetudo, rumorq; ferebatur plura illuc editio-  
racula: quam ob rem cereas i m a g i n e s , multi-  
que ceræ illuc homines c o m p o r t a b a n t , s u b  
debantq; inibi in laudem Dei. Veniens ergo  
iam ipse ad Crucifixum, submisso poplite  
quam diu orauit, abiitq; cum socio suo ad ho-  
pitium. Viderat autem eum sic orantem pu-  
quædam septennis. Nocte proxima fores po-  
fractis ædriculæ claustris ceram omnem dis-  
puerunt. Illucescente autem die, rumor oppi-  
pidum peruolauit, resq; delata est ad ciues  
huius imaginis tutorem. Ille mox inquies  
cœpit, quisnam id sacrilegij perpetrâset. Tu-  
memorata puella se eius authoré sceleris nöde-  
ait. Quæ cum vrgereetur nomen illius pro-  
re, Ministrum indicauit, dicens illum se pribi-  
eius diei serd admodum illic orantem perfic-  
xisse, atque inde ad oppidum recedentem, si  
puellæ verbis ciuis ille vt veris fidem mox ab-  
hibuit, atq; longe & latè id mendacij propaga-  
nit, adeò vt iam per omne oppidum rumor  
le commentitiūs peruagaretur, & tanti sceleris  
ministrum plerique reum cederent. Multa  
interim iniqua in eum iactabantur iudicia,  
quo genere supplicij quamprimum ex homi-  
num consortio tanquam nefarius tollendū  
effet.

**I**nson sacri-  
legij insumi-  
latus.

eret. Ut autem hæc ille perceperit, valde extinxuit, licet planè innocentem se nō esset, atque alto cordis gemitu dixit ad Deum : Quandoquidem me pati necesse est Domine, si cruces eiusmodi mihi euenire permitteres, quæ me nō dehonestarent, ferrem eas equidem ac lübens. Atq[ue] ea te permittente mihi accidunt, quæ meam extinguent farnam, mihiique acerbissima sunt. Permansit autem eo in oppido, donec rediret tranquillitas. Accidit alia in vrbe, ut ingens de illo rumor percrebresceret, & ne dum illud oppidum, sed etiam totam regionē peruagaretur. Erat namque in illa ciuitate Cœnobium, vbi imago Crucifixi saxe habebatur, eiusdem ut ferebatur staturæ, cuius fuerit Dominus Iesus. Quodam autem Ieiunij Quadragesimalis tempore sanguis recens circa latus vulneris eiusdem imaginis visus est. Accurrit eo Minister vna cum cæteris, vt miri illud, cōspiceret. Viso sanguine, accessit propius, & exceptillum in digitum suum, adspectantibus cunctis qui illic aderant. Factus est autem ingens populi concursus, compuleruntque eum pro palam edicere ecquid vidisset & attractasset. Dixit ille rem omnem ita vt erat, nihil definiens, utrum diuinitus vel humanitus id accidisset, sed id aliorum iudicio permittens. Latè sparsus est hic rumor illico per illam regionem, & adiiciebat quisq[ue] quod voluit, eoq[ue] res deducta est, vt dicerent eum vltrò sibi digitum pupugisse, & profluenti sanguine imaginem linuisse, vt crederetur sua sponte manasse sanguinem, eumq[ue] populi concursum excitasse nō alia ratione, nisi vt sux satisfaciens auaritiae,

Miraculi in  
Saxea quadā  
imagine cru-  
cifixi Iesu.

L1      num-

vt vita dif-  
crimen suo  
sibi intentum  
eualeat.

nummos sibi plurimos conflare. Id genus ob-  
trectationes per hominum ora alijs in locis  
illo volitabant. Simul autem vt ciuibus ei  
oppidi isti huic delatum est, noctu compulsi sunt  
incè profugere: at illi eum insequi coepere  
animo penitus perdendi eum, nisi euallis.  
Multam verò pecuniam pollici sunt, si quis  
sive mortuum, sive viuum ad ipsos detulisse  
Huius generis calumniæ perplures de se solle-  
bantur, & quocunque peruenissent, pro vero  
habebantur: atque ea re perplures eius nomi-  
execrati sunt. Crêberrima in eum ferebantur  
iudicia prorsus iniqua & temeraria. Ad eum  
quandoque nonnulli prudentiores, qui eum  
nō sentirent, ac innocentem asseuerarent. At illi  
tanta importunitate ab alijs restitum fuisse, ut  
in silentio tenere, atque eius infamiam perpe-  
ti cogerentur. Honesta quædem eiusdem loci  
matrona vbi hanc illius immiteritam didicere  
vexationem, miseratione ducta, venit ad illi  
afflictum, hoc ei præbens consilij, vt à Senatu  
urbis literas publico munitas sigillo accipere,  
quas suæ testes innocentia alio secum deporta-  
ret: præsertim cum plerique omnes illius op-  
pidi ciues, eum innocentem minimè ignore-  
rent. Cui ita respondit: Si quidem hac sola Deo  
permittente vexarer cruce, facile literis me no-  
merer. Atquì eius generis tot mihi indies occu-  
runt iustificationes, vt me rem omnem oporteat  
Deo committere, nec quicquam reniti aut ob-  
iuctari. Accidit vt quocā tempore in inferiori  
Germaniam pro celibando (vt vocant) Cap-  
itulo demigraret: vbi tum iam ante illi parata  
& structa erat afflictio. Namque duo ex præ-

vt se Deo in  
omni aduer-  
si ate resig-  
naret.

puis sui Ordinis viris eodem proficisciabantur,  
tamen operè in eam intenti curam, ut eum gra-  
viter afflissent. Adductus est corde tremulo Accusatur hq-  
ad iudicium, & inter alia multa etiam eo no- refeos & ali-  
mine delatus est, quod (ut ipsi aiebant) libros orum, licet  
hæresi infectos conficeret, quibus omnis cir- plane inno-  
cens.

cumquaque regio depravaretur. Hac de causa  
acriter obiurgatus est, multisque ei minas in-  
tentarunt, licet & apud Deum & homines  
prosuls esset ab hoc vitio immunis. Neque ta-  
men satis fuit Deo haceum cruce affligi per-  
mississe, sed exaggerauit etiam, corpus eius acri-  
bus excrucientibus febribus, præter quas etiam vi-  
cus pericolosum haud procul à corde in eius  
visceribus extitit: atque ex his tum internis,  
tum externis angustijs eosque adductus est, ut  
eius vitam omnes desperarent. Socius eius cre-  
bro eum adspectans, animæ illius exitum ob- Infirmitas  
servabat. Itaque hunc in modum in alieno cœ- eius peticio  
nobio lecto decumbens plane desolatus, cùm  
non posset noctu somnum capere ob doloris  
acerbitatem, ceperit cum Deo rationē inire, ait-  
que ad eum: O Deus infissime, qui exhaustum  
corpus meum tam intolerabili prægrauasti do-  
lore, & cordis penetralia ingenti probro ac igno-  
nominia transfixisti, adeò ut iam totum me  
foris & intus vhemens angor occupet, quan-  
do tandem pater piissime satis tibi afflictus vi-  
debor? quando tandem percutere defines? atq;  
sub his verbis mortis illos angores quos Chri-  
stus in oliueti monte pertulit, animo pertra-  
stauit. Interim verò ex lecto, ut potuit, se rece- Matt. 26.  
pit in sedem iuxta positam, atque illic resedit:  
neg enim præ ulceris molestia iacere potuit.

L1 2

III 9

Illo verò miserandum in modum sic sedēre  
 videre sibi visus est in spiritu, magnum cal-  
 lium spirituum frequentiam ad cubiculum-  
 psius consolandi causa aduentantem, carmen  
 que cælicum iucundis modulantem vocibus  
 cuius melos adē illius oblectauit aures, vo-  
 mnis eius natura immutaretur. Porro hunc  
 modum illis cantantibus, atque ipso ægre  
 fecto & in sella cum dolore recumbente, ad  
 Iescens quidam eum adiit, benigne compellans  
 his verbis: Cur rāces frater? cur non vnam  
 biscum concinis? tamen satis peritus es cal-  
 lium melodiarum. Cui ille non sine alcita-  
 fliciti cordis sui suspirijs respondens: Videbas  
 inquit, quo in loco res meæ sint? Quis vñquam  
 moribundus lætari potuit? Irāne ad canendum  
 me prouocas? Evidem Carmen lugubre an  
 depromo. Si antehac vñquam lætus cecidi, et  
 modo finem habet. Iam non nisi moris horum  
 sustineo. Tum adolescens ille ingenti hilaritate  
 ait ad eum: Viriliter age: nihil eiusmodi pateris.  
 Talem crede mihi: adhuc cantione pre-  
 feres in vita tua, quæ & omnipotenti Deo ho-  
 norem, & multis afflictis ac misericordiis con-  
 fationem allatura. Mox illi patescunt oculi  
 prorupitque in lachrymas: eodem que momen-  
 to vlcus crepuit, & est redditus sanitati. Vbi au-  
 tem domum reuersus fuit, præcipuus quidam  
 Dei amicus illum accedens, ait ad eum: Tam-  
 si Domine mihi hac profectione plus centum mil-  
 liaribus à me abfueris, nihilominus crux tua  
 mihi præsens fuit. Evidem quadam diem  
 ternis oculis supremum Iudicem in suo vel  
 residentem solio, cuiusque permisso duo capi-  
 cito

Restituitur fa-  
 minati ab om-  
 nibus despe-  
 ratus.

demones soluti te diuexarunt, id est per duos illos prælatos, qui huius fuere persecutionis autores. Clamans autem ad Dominum: Quis tamquam, inquam, piissime Deus tam acerbam amittit molestationem ferre potes? Respondit Deus: Ego illum mihi elegi, ut per afflictiones unigenito filio meo conformetur. At tamen exigui meæ censura iustitiae, ut tanta illius iniuria morte duorum illorum, qui hanc ei interrogarunt, vindicetur. Id quod etiam re vera paulò post accidit, atque ad multorum notitiam peruenit.

Ad quidvariè  
fuerit testatus

*Degredi quadam molestia, que illi ex Germana sorore sua euenit.*

### CAPUT XXVI.

Erat illi soror Germana, monasticū professa institutum. Hæc, fratre eius alibi demorante, cœpit noxiæ sese hominum adiungere societati. Cum igitur quandoque una cum illis foras profecta esset, in peccatum lapsa est. Ex ea verò calamitate & miseria eō adducta est, ut reliquo monasterio aufugeret, ne sciente fratre quonam abiisset. At illo domum reuerso, rumor iste per hominum ora non sine murmure iactabatur. Quidam ad illum veniens, rei gestæ certioreum eum fecit. Quo auditio, totus obstupuit, ac præ dolore animo tabescens, non aliter quam qui sensibus sit destitutus, incedebat. Percontanti vbinam esset misera, nemo certi aliquid indicare potuit. Tum illa secum cogitabat: En nouam tibi afflictionem.

Soror susponis  
è monasterio  
profugit ipso  
in scio.

L 1 3

nem.